

LATÍN

CASTELLANO

Exultet iam angelica turba caelorum:
exultent divina mysteria:et pro tanti Regis
victoria tuba insonet salutaris.
Gaudeat et tellus tantis irradiata fulgoribus:
et, aeterni Regis splendore illustrata,
totius orbis se sentiat amisisse caliginem.
Laetetur et mater Ecclesia, tanti luminis
adornata fulgoribus: et magnis populorum
vocibus haec aula resultet.

Vers. Sursum corda.

Resp. Habemus ad Dominum.

Vers. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Resp. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est,
invisibilem Deum Patrem omnipotentem
Filiūque eius unigenitum, Dominum
nostrum Iesum Christum, toto cordis ac
mentis affectu et vocis ministerio personare.
Qui pro nobis aeterno Patri Adae debitum
solvit, et veteris piaculi cautionem pio cruore
detersit. Haec sunt enim festa paschalia, in
quibus verus ille Agnus occiditur, cuius
sanguine postes fidelium consecrantur.

Haec nox est,
in qua primum patres nostros, filios Israel
eductos de Aegypto, Mare Rubrum sicco
vestigio transire fecisti. Haec igitur nox est,
quae peccatorum tenebras columnae
illuminatione purgavit. Haec nox est,
quae hodie per universum mundum in
Christo credentes, a vitis saeculi et caligine
peccatorum segregatos, reddit gratiae, sociat
sanctitati.

Haec nox est,
in qua, destructis vinculis mortis,
Christus ab inferis victor ascendit.

Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi
profuisset. O mira circa nos tuae pietatis
dignatio! O inestimabilis dilectio caritatis:
ut servum redimeres, Filiū tradidisti!
O certe necessarium Adae peccatum,

Exulten por fin los coros de los ángeles,
Exulten las jerarquías del cielo,y por la victoria de
rey tan poderosoque las trompetas anuncien la
salvación. Goce también la tierra, inundada de
tanta claridad,y que, radiante con el fulgor del Rey
eterno, se sienta libre de la tiniebla, que cubría el
orbe entero. Alégrese también nuestra madre la
Iglesia, revestida de luz tan brillante; resuene este
templo con las aclamaciones del pueblo.

Levantemos el corazón.

Lo tenemos levantado hacia el Señor.

Demos gracias al Señor, nuestro Dios.

Es justo y necesario.

Realmente es justo y necesario aclamar con
nuestras voces y con todo el afecto del corazón
a Dios invisible, el Padre Todopoderoso, y a su
único Hijo, Nuestro Señor Jesucristo.
Porque Él ha pagado por nosotros al Eterno
Padre la deuda de Adán y, derramando su Sangre,
canceló el recibo, del antiguo pecado. Porque éstas
son las fiestas de Pascua en las que se inmola el
verdadero Cordero, cuya Sangre consagra las
puertas de los fieles.

Esta es la noche en que sacaste de Egipto, a los
israelitas, nuestros padres, y los hiciste pasar a pie
el Mar Rojo. Esta es la noche en que la columna
de fuego esclareció las tinieblas del pecado.
Esta es la noche en la que por toda la tierra,
los que confiesan su fe en Cristo, son arrancados
de los vicios del mundo y de la oscuridad del
pecado, son restituidos a la gracia y son agregados
a los santos.

Esta es la noche en que,
rotas las cadenas de la muerte,
Cristo asciende victorioso del abismo.
¿De qué nos serviría haber nacido
si no hubiéramos sido rescatados?
¡Qué asombroso beneficio de tu amor por
nosotros! ¡Qué incomparable ternura y caridad!
¡Para rescatar al esclavo, entregaste al Hijo!
Necesario fue el pecado de Adán,

PREGÓN PASCUAL

quod Christi morte deletum est!

que ha sido borrado por la muerte de Cristo.

O felix culpa, quae talem ac tantum meruit
habere Redemptorem! O vere beata nox,
quae sola meruit scire tempus et horam, in
qua Christus ab inferis resurrexit! Haec nox
est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies
illuminabitur: et nox illuminatio mea in
deliciis meis. Huius igitur sanctificatio noctis
fugat scelera, culpas lavat: et reddit
innocentiam lapsis et maestis laetitiam.
Fugat odia, concordiam parat et curvat
imperia.

In huius igitur noctis gratia, suscipe, sancte
Pater, laudis huius sacrificium vespertinum,
quod tibi in hac cerei oblatione sollemni, per
ministrorum manus de operibus apum,
sacrosancta reddit Ecclesia.

Sed iam columnae huius praeconia novimus,
quam in honorem Dei rutilans ignis
accendit.

Qui, licet sit divisus in partes,
mutuati tamen luminis detrimenta non novit.
Alitur enim liquantibus ceris,
quas in substantiam pretiosae huius lampadis
apis mater eduxit.

O vere beata nox,
in qua terrenis caelestia, humanis divina
iunguntur!

Oramus ergo te, Domine,
ut cereus iste in honorem tui nominis
consecratus, ad noctis huius caliginem
destruendam, indeficiens perseveret.
Et in odorem suavitatis acceptus,
supernis luminaribus misceatur.

Flammas eius lucifer matutinus inveniat:
Ille, inquam, lucifer, qui nescit occasum:
Christus Filius tuus, qui, regressus ab inferis,
humano generi serenus illuxit,
et tecum vivit et regnat in saecula
saeculorum.

Resp. Amen.

¡Feliz la culpa que mereció tal Redentor! ¡Qué
noche tan dichosa! Sólo ella conoció el momento
en que Cristo resucitó del abismo.
Esta es la noche de que estaba escrito:
«Será la noche clara como el día, la noche
iluminada por mi gozo.» Y así, esta noche santa
ahuyenta los pecados, lava las culpas, devuelve la
inocencia a los caídos, la alegría a los tristes,
expulsa el odio, trae la concordia, dobllega a los
potentes.

En esta noche de gracia,
acepta, Padre Santo,
el sacrificio vespertino de esta llama,
que la Santa Iglesia te ofrece
en la solemne ofrenda de este cirio,
obra de las abejas.

Sabemos ya lo que anuncia esta columna de fuego,
ardiendo en llama viva para gloria de Dios.
Y aunque distribuye su luz,
no mengua al repartirla,
porque se alimenta de cera fundida,
que elaboró la abeja fecunda
para hacer esta lámpara preciosa.

¡Qué noche tan dichosa
en que se une el cielo con la tierra,
lo humano con lo divino!

Te rogamos, Señor, que este cirio,
consagrado a tu nombre,
para destruir la oscuridad de esta noche,
arda sin apagarse
y, aceptado como perfume,
se asocie a las lumbreras del cielo.

Que el lucero matutino lo encuentre ardiendo,
Oh lucero que no conoce ocaso y es Cristo,
tu Hijo resucitado,
que volviendo del abismo,
brilla sereno para el linaje humano,
y vive y reina por los siglos de los siglos.

Amén.

LATÍN

CASTELLANO

Exultet iam angelica turba caelorum:
exultent divina mysteria:et pro tanti Regis
victoria tuba insonet salutaris.
Gaudeat et tellus tantis irradiata fulgoribus:
et, aeterni Regis splendore illustrata,
totius orbis se sentiat amisisse caliginem.
Laetetur et mater Ecclesia, tanti luminis
adornata fulgoribus: et magnis populorum
vocibus haec aula resultet.

Vers. Sursum corda.

Resp. Habemus ad Dominum.

Vers. Gratias agamus Domino Deo nostro.

Resp. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est,
invisibilem Deum Patrem omnipotentem
Filiumque eius unigenitum, Dominum
nostrum Iesum Christum, toto cordis ac
mentis affectu et vocis ministerio personare.
Qui pro nobis aeterno Patri Adae debitum
solvit, et veteris piaculi cautionem pio cruore
detersit. Haec sunt enim festa paschalia, in
quibus verus ille Agnus occiditur, cuius
sanguine postes fidelium consecrantur.

Haec nox est,
in qua primum patres nostros, filios Israel
eductos de Aegypto, Mare Rubrum sicco
vestigio transire fecisti. Haec igitur nox est,
quae peccatorum tenebras columnae
illuminatione purgavit. Haec nox est,
quae hodie per universum mundum in
Christo credentes, a vitiis saeculi et caligine
peccatorum segregatos, reddit gratiae, sociat
sanctitati.

Haec nox est,
in qua, destructis vinculis mortis,
Christus ab inferis victor ascendit.

Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi
profuisset. O mira circa nos tuae pietatis
dignatio! O inestimabilis dilectio caritatis:
ut servum redimeres, Filium tradidisti!
O certe necessarium Adae peccatum,

Exulten por fin los coros de los ángeles,
Exulten las jerarquías del cielo,y por la victoria de
rey tan poderosoque las trompetas anuncien la
salvación. Goce también la tierra, inundada de
tanta claridad,y que, radiante con el fulgor del Rey
eterno, se sienta libre de la tiniebla, que cubría el
orbe entero. Alégrese también nuestra madre la
Iglesia, revestida de luz tan brillante; resuene este
templo con las aclamaciones del pueblo.

Levantemos el corazón.

Lo tenemos levantado hacia el Señor.

Demos gracias al Señor, nuestro Dios.

Es justo y necesario.

Realmente es justo y necesario aclamar con
nuestras voces y con todo el afecto del corazón
a Dios invisible, el Padre Todopoderoso, y a su
único Hijo, Nuestro Señor Jesucristo.
Porque Él ha pagado por nosotros al Eterno
Padre la deuda de Adán y, derramando su Sangre,
canceló el recibo, del antiguo pecado. Porque éstas
son las fiestas de Pascua en las que se inmola el
verdadero Cordero, cuya Sangre consagra las
puertas de los fieles.

Esta es la noche en que sacaste de Egipto, a los
israelitas, nuestros padres, y los hiciste pasar a pie
el Mar Rojo. Esta es la noche en que la columna
de fuego esclareció las tinieblas del pecado.
Esta es la noche en la que por toda la tierra,
los que confiesan su fe en Cristo, son arrancados
de los vicios del mundo y de la oscuridad del
pecado, son restituidos a la gracia y son agregados
a los santos.

Esta es la noche en que,
rotas las cadenas de la muerte,
Cristo asciende victorioso del abismo.
¿De qué nos serviría haber nacido
si no hubiéramos sido rescatados?
¡Qué asombroso beneficio de tu amor por
nosotros! ¡Qué incomparable ternura y caridad!
¡Para rescatar al esclavo, entregaste al Hijo!
Necesario fue el pecado de Adán,

PREGÓN PASCUAL

quod Christi morte deletum est!

que ha sido borrado por la muerte de Cristo.

O felix culpa, quae talem ac tantum meruit
habere Redemptorem! O vere beata nox,
quae sola meruit scire tempus et horam, in
qua Christus ab inferis resurrexit! Haec nox
est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies
illuminabitur: et nox illuminatio mea in
deliciis meis. Huius igitur sanctificatio noctis
fugat scelera, culpas lavat: et reddit
innocentiam lapsis et maestis laetitiam.
Fugat odia, concordiam parat et curvat
imperia.

In huius igitur noctis gratia, suscipe, sancte
Pater, laudis huius sacrificium vespertinum,
quod tibi in hac cerei oblatione sollemni, per
ministrorum manus de operibus apum,
sacrosancta reddit Ecclesia.

Sed iam columnae huius praeconia novimus,
quam in honorem Dei rutilans ignis
accendit.

Qui, licet sit divisus in partes,
mutuati tamen luminis detrimenta non novit.
Alitur enim liquantibus ceris,
quas in substantiam pretiosae huius lampadis
apis mater eduxit.

O vere beata nox,
in qua terrenis caelestia, humanis divina
iunguntur!

Oramus ergo te, Domine,
ut cereus iste in honorem tui nominis
consecratus, ad noctis huius caliginem
destruendam, indeficiens perseveret.
Et in odorem suavitatis acceptus,
supernis luminaribus misceatur.

Flammas eius lucifer matutinus inveniat:
Ille, inquam, lucifer, qui nescit occasum:
Christus Filius tuus, qui, regressus ab inferis,
humano generi serenus illuxit,
et tecum vivit et regnat in saecula
saeculorum.

Resp. Amen.

¡Feliz la culpa que mereció tal Redentor! ¡Qué
noche tan dichosa! Sólo ella conoció el momento
en que Cristo resucitó del abismo.
Esta es la noche de que estaba escrito:
«Será la noche clara como el día, la noche
iluminada por mi gozo.» Y así, esta noche santa
ahuyenta los pecados, lava las culpas, devuelve la
inocencia a los caídos, la alegría a los tristes,
expulsa el odio, trae la concordia, dobllega a los
potentes.

En esta noche de gracia,
acepta, Padre Santo,
el sacrificio vespertino de esta llama,
que la Santa Iglesia te ofrece
en la solemne ofrenda de este cirio,
obra de las abejas.

Sabemos ya lo que anuncia esta columna de fuego,
ardiendo en llama viva para gloria de Dios.
Y aunque distribuye su luz,
no mengua al repartirla,
porque se alimenta de cera fundida,
que elaboró la abeja fecunda
para hacer esta lámpara preciosa.

¡Qué noche tan dichosa
en que se une el cielo con la tierra,
lo humano con lo divino!

Te rogamos, Señor, que este cirio,
consagrado a tu nombre,
para destruir la oscuridad de esta noche,
arda sin apagarse
y, aceptado como perfume,
se asocie a las lumbreras del cielo.

Que el lucero matutino lo encuentre ardiendo,
Oh lucero que no conoce ocaso y es Cristo,
tu Hijo resucitado,
que volviendo del abismo,
brilla sereno para el linaje humano,
y vive y reina por los siglos de los siglos.

Amén.

PREGÓN PASCUAL

|

